


DOMINICUS

Dei et Apostolicæ Sedis Gratia



VACCHIANO

EPISCOPUS CASSANEN

BULLA ERECTIONIS NOVAE PAROECIAE

sub titulo "STELLA MARIS"

in agro "VILLAPIANA SCALO"

DE BONO ANIMARUM, UT NOBIS EST OFFICIUM, SOLLICITI, CUM JAM NOBIS SATIS COMPERTUM SIT FIDELIUM NUMERUM IN TERRITORIO, QUOD VULGO "VILLAPIANA SCALO" DICITUR, IN PAROECIA BEATAE MARIAE VIRGINIS A PLANO LOCI CASALINOVI VULGO 'VILLAPIANA', IN DIES AUGERI, FIDELES ILLOS NON PARUM A VICINIORIBUS PAROECIIS LONGINQUOS, DE NOVA PAROECIA PROVIDERE AD DERELICTIONIS PERICULA PRECAVENDA NOBIS VISUM EST.

ITAQUE DEI NOMINE INVOCATO ET BEATAE MARIAE VIRGINIS A PLANO PATROCINIO SUFFULTI, DE VENERABILIS CAPITULI CASSANENSIS CONSILIO, NECNON PRESBYTERORUM COLLEGGII, AUDITO PAROCHO BEATAE MARIAE VIRGINIS A PLANO LOCI "VILLAPIANA", AUCTORITATE NOSTRA ORDINARIA, TENORE PRAESENTIUM PAROECIAM BEATAE MARIAE VIRGINIS A PLANO SEPARAMUS, DIVIDIMUS ET DISMEMBRAMUS ET NOVAM PAROECIAM SUB TITULO "STELLA MARIS" ERIGIMUS ET ERECTAM PROCLAMAMUS.

NOVAE PAROECIAE FINES SUNT QUI SEQUUNTUR: AD ORIENTEM TORRENS QUI DICITUR "SARACENO" CUM INITIO A SECUNDO PONTE; AD OCCIDENTEM LOCI QUI DICUNTUR "VOTA" ET "CUGNO DELLA MACCHIA"; AD MERIDIEM MARE JONIUM; AD SEPTENTRIONEM LOCI QUI "SANTA MARIA DEL MONTE" et "VARCO DELL'ANTENNA" DICUNTUR.

NOVAE PAROECIAE DOS CONSTITUITUR EX TITULIS L. 600.000 LIBELLARUM PUBLICI FOENERIS CUM REDITU 7% (ISVEIMER), QUORUM REDDITUS SUMMAM CETUM ET DUODECIM MILLIA LIBELLARUM (112.000) FRUCTUS DABIT.

ITA ET NON ALITER NEMINE QUOMODOCUMQUE OBSTANTE.

DATUM CASSANEN SUB SIGNO SIGILLOQUE NOSTRIS ET CANCELLARII NOSTRI SUBSCRIPTIONE ANNO DOMINI KALENDIS OCTOBRIBUS.

+ S. Vacchiano
Episcopus